

Ib. 1346.

Eodem anno cives Erfordenses destruxerunt curiam Grisheim cum aliis curiis munitis.

Ib. 1345.

Eodem anno feria 3^a post Iubilate perrexit marchio cum comitatu suo magno et civibus Erfordensibus ac civitatibus pluribus et obsedit castrum Dorinburg quinque ebdomadis, et nichil realis ibi egerunt et discesserunt.

Eodem³ anno feria 5^a feria post Quasimodogeniti obsessum est castrum dictum Tundorf per cives Erfordenses, et sequenti feria 6^{ta} datum est et munitum per eosdem.

Eodem anno dominica 3^a post penthecosten perrexerunt cives Erfordenses . . . ad castrum Scharffenberg, quod erat comitis de Hennenberg, qui tunc temporis erat coadiutor comitis de Swarczburg, et nichil rationalis egerunt, sabatho proximo abscesserunt.

Item castra Willirstet et Grysheyim destruxerunt¹.

Item obsederunt castrum Dorneberg; sed quia Erfordenses volebant destrui, si caperetur, et marchio restitit, ideo recesserunt de castro².

Item per solos Erfordenses obsessum est castrum Tundorf et expugnatum ab eis⁴.

Item⁵ per Erfordenses obsessum fuit castrum Scharffenberg comitis de Hennenberg, et fuisset expugnatum, si advocatus marchionis non impedivisset⁶.

1) In Cont. III. 1344 nur: 'Item castrum Wilrestete destrutum'. Die Reihenfolge in der Aufzählung der Schlösser ist in der Cron. Thur. ganz willkürlich verwirrt. 2) Es wird Niemand zweifeln, dass das Motiv, warum das Schloss ungenommen blieb, frei von diesem Autor erfunden wurde. Denn dasselbe Motiv erfindet der Autor noch öfter, wenn der Markgraf mit seinen Verbündeten einen Ort nicht nehmen kann, so als sie 1342 Arnstadt vergeblich belagern. 3) Das steht schon weit vor der vorigen Notiz. 4) In Cont. III. 1344 nur: 'Item castrum Tundorf per ipsos expugnatum est', wo aber nicht zu ersehen ist, dass die 'ipsi' die Erfurter allein waren. 5) Die ganze Notiz ist vom Autor in seiner Originalhs. getilgt, steht daher nicht in den Abschriften und auch nicht im Druck von Pistorius. 6) Man wird die Motivierung hier ebenso wie die der vorigen für erfunden erachten, um so mehr, als der Autor die Stelle selbst zum Untergang verurtheilt hat. Er hat die Belagerung von Scharffenberg nachher § 9 in ganz anderem Zusammenhange erzählt. Da belagert der Markgraf das Schloss, und es heisst da: 'et fuisset expugnatum, si mater domini Friderici non impedivisset'.